UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

34. De quod[am] pseudomoyse, qui Iudæos in Creta induxit, vt neglectis facultatibus & posseßionibus suis, se sectarentur, se enim illos per mare in promissionis terram ducturum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

Dixerat Aſtrologus periturum te citò Cinna,
Nec puto mentitus, dixerat ille mihi.
At tu dum metuis, ne quid poſt fata relinquas,
Hauſiſti patrias luxurioſus opes.
Biſque tuum decies non toto tabuit anno.
Dic mihi, non hoc eſt Cinna perire citò?

Nicephorus Calliſt li.14.cap.40. Eccleſiaſt. hiſt. & Eutrop li.14. rerum Rom. De quodã pſeudomyſe, qui Iudæos in Creta induxit, vt neglectis facultatibus, & poſſeßionibus ſuis, ſe ſectarentur, ſe enim illos per mare in promißionis terram ducturum.

CAP. XXXIV.

CVm Proclus Epiſcopus ad ſacra Eccleſiæ gubernacula conſederet, multi in Creta Iudæi Chriſtianorum ſacra ſunt complexi, per cauſam huiuſmodi. Vir quidam erat ex eorum genere, qui, quum per fraudem & dolum vitã peregiſſet, poſtremò ſe etiam Moſen illum eſſe aſſimilauit: & cælitus in Cretam à Deo propterea miſſum eſſe confinxit, vt eius loci Iudæos ipſe per mare, perinde atque olim Iſraelitas per rubrum ſinum, duceret. Et paſſim inſulam ipſam peragrans, vt ſe illum eſſe crederent, ſuaſit: atque vt opes quas haberent, pecuniaſq; & poſſeſſiones omnes adſpernarentur, cohortatus eſt: ſe illos per mare non aliter quam in arida, in promiſſionis terram ducturũ eſſe pollicitus. Atque illi vanis illius promiſſis decepti, res operaſque ſuas vbique neglexerunt,

nt, & facultates ſuas temerè quibuſcunque
ſipiendas permisêre. Vbi dies conſtituta ad-
nit, qua proficiſci debebant, ipſe quidem
nfidentia & faſtu plenus, eis præijt: illi verò
minem, vnà cum coniugibus, & ætate im-
illiore conſequuti ſunt. Itaque eos in ſum-
m quendam ſcopulum in pelagus excur-
tem duxit: atque inde conijcere ſeipſos in
ar, veluti natantes & vrinantes, iuſſit. Id-
e ex illis quidam, ſtatim vt imperatum eis
, fecerunt, neque deinceps apparuerunt.
uidam etiam in præcipitio ſaxis alliſi inter-
unt. Et vniuerſi illi vel in vndis, vel in præ-
ptibus ſaxis periiſſent, niſi Dei prouidentia,
piſcatores & alij mercatura victum quæ-
tes, Chriſtiani homines, ſubitò adfuiſſent,
que modis omnibus extrahētes ſeruaſſent:
m primum fortaſsè, qua dementiæ capti eſ-
ſentientes, alios, quò minus ſe in fluctus
iicerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id
ſſent, interitum illi indicantes. Qui ſanè
è in animo rem ſecum reputantes, & frau-
m ſine iudicio ſuſceptæ fidei & credulitatis
rehendentes, vt miſerabilem in modum
arent, ſuſtinuerunt: & tandem Pſeudo-
ſen illum comprehendere ſunt aggreſſi.
m perficere id minimè potuerunt. Con-
im enim ille diſparuit, & magnam ſuſpi-
onem præbuit, perniciosum quempiam
monem ſub humana ſpecie gentem eam in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exitium produxiſſe. Proinde multi Iudæorum
ſuperſtitioni nuncio remiſſo, in Creta Chriſti-
anam religionem conſtanter ſuſceperunt. Ho-
rum innumera propè fuit multitudo.

D. VVilhelmus Lindanus Epiſcopus Ruræmundæ in lib. de fugiendis idolis, cap. 12. Quomodo dæmon in ſpecie equitis, quendam Petrum Fiſcherium inuitauerit ad militandum Principi Auriaco, dans ſe præfectum duarum cohortium Gæſiacarum Principi militantium.

CAP. XXXV.

CVM VVilhelmus Naſſouius Auraicæ princeps Belgium inuaderet, tranſituque Moſa repulſus copiis regiis illuſtriſs. D. Duci Albano militantibus, ne in Brabantiam penetraret, in Franciam ſuas miſeras trahebat cohortes, fame languidas, inedia exhauſtas, rerumque penuria omnium tantum non enecatas, vndique ad eum non pauci confluebant aut perfidiæ, aut ſacrilegij, aut prædæ cauſa.

Contigit igitur quendam ruſticanæ villæ in Merum vico Parochiæ Harten, iuxta Ruræmundam famulũ in agro ſuas facere operas: qui dum quadam victus impatientia ei minimè ex voto ſuccedentis in blaſphemas erupit voces, ruſticis plebiq́ue imperitæ, proh dolor, familiares, acceſſit eum eques nigro hinnienti, oraq́ue ſpumanti vectus caballo, qui poſt varia promiſſa in ſpeciem aurea, & oſtenſa pecuniæ maſſa magna, illi pollicetur mercedem,
modò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN